HIERONYMUS
um 836/859 Seite 127r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

boeos inter rasi & scient quia ego dnus; Reuerti
tur ad ordinem prophetiae; post uicesimum enim
& septimum annum nunc ponit ~~unde~~ undecimum.
quae quaestio erat in superioribus continetur;
Cum enim sermo dni contra tyrum factus sit in anno
undecimo qui prius positus est. in consequentib;
loquitur ad pharao anno decimo. rursumque
ponit uicesimum septimum ut diximus. & nunc un
decimum. ut cetera praeter mittam quae in psal
morum ordine continentur. quomodo tertius
psalmus his psalmis in quibus mutauit faciem
suam dauid coram abimelech. & de doeg idumeo.
. & quando inuentus est in spelunca. & quinqua
gesimus paenitentiae. in cuius titulo demon
stratur. quod introiuerit ad bersabee uxorem
uriae priores sint psalmi tertio in quo fu ge
re notatur a facie filii sui absalom; sed in
psalmis facilis responsio est carmen esse lyri
cum. & in huiusce modi opere non queri ordinem
historiae. sed factorum carmina singulorum; in
historia uero illud dicendum est. ea quae de
una re diuersissimum dicta temporibus. non de
bere oratione diuidi. sed uniuersi loci narratione